



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Fvlvii Androtii, Societatis Iesv, Piæ meditationes de
Passione & Morte D. N. Iesv Christi**

Androzzi, Fulvio

Coloniæ Agrippinæ, Anno MDCIII

Meditatio de mysterio primæ agonizæ in horto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48634)

fuisse nobis pro quibus patri æterno passionem suam offerebat,

Quare conuenit, vt nos quoque resq; nostras corde humili & affectu pio offeramus diuinæ eius maiestati.

*Meditatio de mysterio prima agonie
in horto.*

1. Considera quantus fuerit amor Christi erga nos, vt qui voluerit sudare sanguinem pro nobis, & tam amarum calicem bibere pro sanandis infirmitatibus nostris, vt nos vna cum ipso dulcissimū calicem biberemus in patria cœlesti.
2. Considera acerbitatem poenarum, dolorum grauitatem, agoniam nunquā visam, nunquam auditam.
3. Magnam humilitatem & reuerentiam, qua precatus est patrem cœlestem, ostendendo illi suum sanguinem & acerbum illud ac triste spectaculum, quale nunquam visum est in toto mundo, nec vnquam videbitur.
4. Modum orandi & perfectissimam eius resignationem in manus patris; nec enim aliud volebat, quàm vt in se purissima & simplicissima Dei voluntas perficeretur.
5. Perseuerantiam in orando eodem

DE PASS. DOMINI. 45

modo, & quod eo prolixius orabat, quò
maiores patiebatur agoniam. Vnde &
confortatus est ab angelo, & exauditus à
patre animosè obuiam processit suis ini-
micis.

*Sequuntur quinque puncta ad habendam
nostri confusionem.*

1. Quod ne vnam quidem guttulam
sanguinis pro amore Dei effuderimus,
& ne minimæ quidem tentationi restite-
rimus.
2. Quod tam longè absimus à deside-
rio patiendi pro Christo, tam prompti
ad liberandum animam à pœnis etiam
maximis.
3. Quod tam paruam curam habea-
mus salutis nostræ, cùm tantam habue-
rit Christus Dominus noster.
4. Quod simus tam pigri in recurren-
do ad Deum in tribulationibus, tam pu-
sillanimes, tam resignati in voluntate
Dei.
5. Quod in oratione tam simus impa-
tientes, & ob minimam rem distraha-
mur, fastidiamus, & tandem deficia-
mus.

Pe-

*Petitio quæ poterit fieri ad
Deum.*

Consideratis supradiſtis punctis, & gratijs Deo ob tantum amorem actis, poteris petere gratiam ſem per recurrendi in tribulationibus ad eius auxiliũ, uſurpando illum ipſum modum orandi, quo uſus eſt Chriſtus.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, oro te per do-
lorem quem in horto ſenſiſti, per
ſanguinem quem ſudaſti, per ora-
tionem quam feciſti, & ante omnia per
inſinitum amorem, qui ad hoc te indu-
xit (quæ omnia nunc offero patri cœle-
ſti) ut velit mihi largiri donum orandi, &
ad te ſolum confugiendi in tribulationi-
bus, in te ſolo ſperandi & ſemper dicendi:
Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix i-
ſte; non mea, ſed tua ſanctiſſima volun-
tas fiat.

*Quid agendum ſit poſt elapſum tempus
meditationis.*

Postula veniam à Deo pro negligentia
commiſſa in meditando, & dic ſemel,
Pater noſter, & Ave Maria.

My-